Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 3231

Quelle:
Copyright:

nio quadrageſimali. De Ignorantia. De Hoſtia corporis Chriſti. De plenaria Remiſſione omnium peccatorum. De commemoracione omnium animarum. De Pace.

XXVIII. *fol.* 332. *Collacio ad Clerum colon. per egregium et venerabilem dominum et magiſtrum Hermannum de Wartborgh decretorum doctorem facta in ſynodo ibidem An. 1462. die lune poſt inuocauit.* Initium: *Et erit ſicut populus ſic ſacerdos. Verba iſta originaliter ſcripta ſunt Ezech. 22. c. et Oſee 4. Et ad preſens in thematis materiam non anagogice ſed literaliter expoſita* &c. Oratio gravis, in qua expoſito triplici Sacerdotum officio *praelativo*, *activo* et *contemplativo* invehitur in triplex vitium *Superbiae*, *Avaritiae* et *Luxuriae* Autor, iterato argumento, nec iniquiſſimis temporibus defuiſſe, qui recti ſtudium urgerent. Eodem tendunt Sermones Synodales ſequentes:

XXIX. *fol.* 343. Sermo de Praelatorum dignitate et onere in illud: *Vae Paſtoribus qui diſpergunt* &c. *Jer.* 23. Initium: *Iſtud thema introduco per altam commiſſionem auctoritatem dignitatem et honorem ſacerdotum* &c. II. *Sermo ad Clerum.* In illud: *Domus mea domus orationis vocabitur. Luc.* 19. Initium: *Reuerendiſſimi* &c. *Quia beatus Ambroſius in primo libro de officiis Plures dicit ſe uidiſſe* &c. III. In illud: *Elegit nos ante mundi conſtitutionem. Ad Epheſ.* c. 1. Initium: *In quibus uerbis tangitur ſacerdotalis dignitas* &c. Nulli horum Sermonum Autoris nomen additur.

XXX. *fol.* 370. Sermo de Sanctis. In illud: *Laudate dominum in Sanctis ejus. Pſ. ult.* Initium: *Laus ſecundum ariſtotelem primo retborice eſt ſermo elucidans* &c.

XXXI. *fol.* 375. Sermo *in Viſitatione* cujusdam Coenobii O. S. B. habitus. In illud: *Pax huic domui* &c. Initium: *De quotidianis allegacionibus ſuperſedere curaui, cum et in ipſis modica ſit edificatio* &c.

XXXII. *fol.* 381. Sermo ſynodalis. In illud: *Pax vobis* &c. *Venerabiles patres — ſicuti teſtante ſacro eloquio didicimus quod nato domino* &c.

XXXIII. *fol.* 390. *Collacio facta ad clerum Wormatien. Anno domini M°. CCCC°. XXXVI°. in ſinodo Bartolomei per Antonium de Cuba decretorum doctorem.* Ita in calce. Thema: *Bene omnia fecit. Marci 7.* Initium: *Venerabiles — ſuper quos ſic in eodem ſpiritu coadunatos* &c. De Autore nil praeterea reperio.

XXXIV. *fol.* 398. Sermo habitus in quodam Capitulo Provinciali O. S. B. In illud: *Multa habeo vobis dicere. Joh.* 16. Initium: *Reuerendi — ad uos mihi ſermo preſens qui ad hunc locum* &c. Inculcat trium Votorum obſervantiam.

XXXV. *fol.* 403. Sermo in viſitatione Coenobii cujusdam O. S. B. In illud: *Apprehendite diſciplinam ne quando iraſcatur dominus* &c. *Pſ.* 20. Initium: *Honorabiles viri domine decane — ad vos mihi ſer-*